

177  
Vir Amplissime.

En Tibi litteras, ab Ampliff<sup>o</sup> viro Dno.  
PUTEANO ad nos delatas, eâ lege, ut id  
quod sua Benignitate jam concessum est,  
facilius possit impetrari. Credo de Saluo =  
Conducto eas loqui, quem Amica mea  
vidua Patris Joannis Oem singulari suo  
Beneficio accepit. Scrupulus erat de navi  
conscendenda (vix si nauigio iter fiat  
An hoc necessario exprimi oporteat? Ego quidem  
non dubito, quin si quid forte infelicitâ nostrâ  
aut aliorum negligentia amissum sit, abunde  
id sua supplebit Auctoritas, eaque nobis  
si quod oriatur discrimen fore adiumento.  
Sed ne haec littera cassa sint aut irrita,  
Voluit Vir Ampliff. eas ad se deferri, ut  
cum quem in presenti usum negant, possint  
occasione data uberius prebere. Synocae  
si in alieno negotio sim liberior. Amicae  
meae ne ingrata aut inhumana videatur  
maximas Tibi Voluit referri gratias, et  
in vicem officij suam suorumque liberalem  
operam despondet. Cui et meam adiungo,  
Felix si eâ usus fueris. Vale.  
Dordraci pridie Idus. Sept. Cls. Id. CXXXI



Obsequio et operâ  
Tibi Adiectissimus  
Antonius Oem

